Vergilius Maro, Publius; Servius [Comm.]; Donatus, Aelius [Comm.]; Landinus, Christophorus [Comm.]; Domitius <de Calderiis> [Comm.]: Opera: Bucolica et Georgica

Nürnberg: Anton Koberger, 1492 Seite 339



casionē. Ergo mollissima tpa p occasiōe posuit vt sit q̄si diffinitio occasionē esse tp̄us mollissimū.i. quod
Molle præbet facilitatē rei agēdæ. Molle em̄ in tactu dicim⁹: quod facile cedit: cui cōtrariū est durū. Ergo tepus
fandi molle ē: cū is q auditur⁹ ē: facile nobis cōcedit. Quis fallere p.a. adeo em̄ suspiciosi anxiiq̧ sunt: vt
nihil inexploratū relinquāt. Motus f. id est mot⁹ nōdū p̄sentes: sed q̄m nō fit verisimile: vt ea quæ nōdū
sunt sentiam⁹: reddit verisimile ex amātiū natura. nā amātes timēt etiā tuta. Quapropter facile miserrimi
sint necesse est: Qui em̄ est i metu miser est: & qui etiā tuta timet semp est in metu: vt ait Socrates. Sæuit
inops animi. Q̄m i mœrore erat. Nā vt rebus lætis animi extollunt̄: vñ iure possum⁹ dici diuites animi:
sic in mœrore deprimūtur: vnde sum⁹ inopes animi. vel animi.i. mētis & cōsilii. Totaq̧ in.p.vr. quid ḡ
infœlicius est amāte. Nā dū illi assunt res fœlices: ita tamē anxius ē: vt etiā tuta timeat. cum aūt imutant̄:
adeo tota mēte cōcutit̄: vt in maxima pturbatiōe cōstitutus mentē consiliūq̧ amittat: & furiis ita agitat̄:
vt obliuiscat̄ pudoris & modestiæ: & publice debacchet̄. Thiades autē sacerdotes bacchi dicūtur ab eo
quod est θυειν. id est furere. Sic etiā mænades τὸ μαίνεσθαι insanio & bassarides & ipē bassareus ap-
pellat̄ a veste vel a pelle lyncū. Sed de hoc in cōmentariis Horatii dixim⁹. Trieterica. ab eo quod ē tris
id est tres & ἔτος annus. nā trienalia erāt sacra bacchi. Orgya. oia sacra sunt apud græcos: vt apud la-
Orgya tinos cerimoniæ. nam apud Herodotū orgya de sacris dianæ inuenies. Cytheron. mons est thebis imi-
nens: in quo nocturna sacra Bacchi colebant̄: quæ nyctilea dicebant̄: & ipse bacchus nyctileus. Cōpel-
lat vltro. Et q̄a amātes moræ impatiētes sunt: & q̄a quoad posset a principio rem præuenire cupiebat: &
malo anteq̧ veniret: occurrere. Dissimulare. oratio oīno pathetica: & ab animo extuāti quippe q amo-
re indignatiōeq̧ simul impulsus pficiscat̄. Et quoniā in deliberatiuo genere est: premit æneā a turpi: q̄m
fidem frangat. Ingratusq̧ in eam sit a qua tantū ametur: & cui sit futuræ mortis causa: si eā relinquat. Au-
get hanc rem q relinquat eam petitur⁹ loca sibi incognita: & cū magno suo piculo sit nauigatur⁹: cum in
tanto periculo ne in patriā quidē nauigare deberet. Quæ omnia nō modo neglectū illius: verūetiā cru-
delitatē in eam ostēdere vident̄. Quapropter & a turpi & a damnoso premit. Tantū nefas. nam amās
nihil maius nefas putat q̄ deseri. Tacitus. q.d. furtim. Noster. q.d. tam magnus. Data dextera. pri-
diæ arguit. Moritura. ostēdit quātum peccet si quidē suæ mortis causa futurus sit. Dido. emphasim
facit in nomie. q.d. ea a qua tot beneficia acceperis. Quin etiā. magnū scelus prodere queq̧: Maius eā
quæ de te bene merita sit. Maximū prodere cum tuo periculo. Quid si non arua. Non deberes etiā si
patriam peteres & sine periculo sic deserere: quanto minus cum aliena petas & cum periculo. Me ne.
Multa complectit̄ illud me. Me quæ ignotum liberali suscepi hospitio. Me quæ tantū amo: quæ pudici-
ciā tua causa abieci. Per ego has l. Postq̧ vsa est cōstitutōne iuridiciali absoluta quod nefas sit deserere
quæ tot causis mereat amari descēdit ad cōcessionem per dep̄cationem: ita tamē vt a priore non discedat.
Nihil aliud. quā ergo meretur ab illo non deseri. propter quæ ipsa sibi nihil reliquit. Nam & cæteros
homines & pudorem & pudicitiā & famā ppter illū cōtempsit. Per cōnubia nostra. arguit a voluptuo-
so. Te ppter lybicæ. ostendit quos cōtempserit ppter illū: & ī quæ picula cadat si ab eo deserat̄.

SER. Saltem. Vel hoc. Est autē tractū a
captiuis. q cū tenerent̄ ab hostib⁹ dicebāt
sublatis oībus: salutē cōcede. hinc p synere
sim nat⁹ ē sermo: vt in cōtemptu rerū mul
tarū petituri aliq̄d saltē dicam⁹. Ante fu-
gā so. Et amatorie & amare loquit̄. Nam
hāc fugā dicit: quā ille pfectionē nomiat.
Amor autē ex filii desiderio cōprobat̄. Si
qua mihi. De iure loquit̄. Nam liberi vbi
nō est iustū matrimoniū: matrē sequūtur.
Qui te tantū ore referret. Aut sic dixit q̄-
si amatrix: vt supra de Ascanio. Infandū si
fallere posset amorē. Aut illđ dicit: Opta
rem filiū similē vultui & nō morib⁹ tuis.
Iouis monitis. Et hæc monita dicimus:
vt Carmētis nymphæ monita: & hos mo
nitus Persius: Hos pueri monit⁹ patres
infundere lippos. Immota l. Ppysicū em̄
est: vt qualitatē animi ex oculorū: aut cor-
poris mobilitate ostēdam⁹: ergo mō vult
oñdere æneā a pposito nō esse deuiatur̄.
Ego te quæ p.f. cōtrouersia ē plena in q̄ &
purgat obiecta remouēs a se crimē ingra-
ti: & venali vtit̄ statu pfectiōne suā retor-
quēs in voluntatē deor̄. Habet etiā finē:
nā purgat obiectā fugā nomie pfectiōis.
Pro meritā. p̄stitisse bn̄ficia: & est sermo
de iis quæ p cōtrariū magis lucēt. Teren.
Ita me velim ames pmerentē pater. i. bn̄

Saltem si qua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles: si quis mihi paruulus aula
Luderet æneas: qui te tantū ore referret:
Non equidē oīno capta aut deserta viderer.
Dixerat: ille iouis monitus īmota tenebat
Lumina: & obnixus curam sub corde p̄mebat.
Tandē pauca refert: ego te quæ plurima fando
Enumerare vales nunq̧ regina negabo
Promeritā: nec me meminisse pigebit elisæ
Dum memor ipse mei: dū sp̄us hos reget artus.
Pro re pauca loq̄r: nec ego hāc abscōdere furto
Speraui: nec finge fugam: nec coniugis vnq̧
Prætendi tedas: aut hæc in fœdera veni.
Me si fata meis paterent̄ ducere vitam
Auspiciis: & sponte meas componere curas
Vrbem troianam primū: ducesq̧ meorū
Reliquias colerē: & priami tecta alta manerēt:
Et recidiua manu posuissem pgama victis:
Sed nunc

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-85/0338
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG